UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto heleno habate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Calixtus et cariſius ⁊ alij ſeptē cōſocij eorū apō ciuitatē corithū martyriū paſſi ſunt. Qui oēs ꝓ confeſſiōe noīs xp̄iani in pelago demerſi ꝑpetuas triumphi palmas a dn̄o percipere meruerūt. xvi. kalendas maij: vt dicit ado.

De ſanctis decē ⁊ octo martyribus. Cap. lvi.

Decem ⁊ octo martyres in ciuitate ceſarauguſtana martyrium paſſi ſunt. Quorū noīa ſunt hec: quintilianus: caſſianus: ſaturninus publius: vrbanus: martialis: fauſtus: ſucceſſus: felix: ianuarius: primitiuus: euotus: cecilianus: optatus: frōto: lupertus: apodemus: iulius. Hi omnes ſub daciano hiſpaniarū preſi de diuerſis affecti penis atq̧ interfecti ſunt. xvi. kalendas maij.

De ſancto aniceto papa ⁊ martyre. Cap. lvij.

Anicetus papa ⁊ martyr natione ſyrus ex patre iohāne: pio romano pōtifici in ep̄atu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. ix. menſes. iij. dies. iiij. Hic conſtituit vt clericus non nutriat barbā: nec comā: ⁊ habeat coronam ad modū ſpirule: cōſtituit etiā ꝙ ep̄s non debeat cōſecrari: niſi adminus a tribus ep̄is. Si aūt archiepiſcopus debeat conſecrari omnes prouinciales ep̄i debeant adeſſe: ſicut omnes tenent ei obedire. Item ſtatuit vt ſi aliquis epiſcopus haberet aliquid cōtra ſuum archiep̄m: nō alio eſt deferendus: niſi ad primatē: vel ad ſedē apoſtolicam. Et vt nulli archiep̄i primates vocent: niſi illi qui primatū tenēt ciuitatū: quarū ep̄os apoſtoli: vel eorum ſucceſſores regulariter patriarchas ſtatuerūt: ſed metropolitani vocent. Hic fecit ordinationes. v. per menſem decēbrium: preſbyteros. xviij. diacones. iiij. epiſcopos per diuerſa loca. ix. Qui tempore ſeueri ⁊ marci imperatorum martyrio coronatur. Et ſepultus eſt ī cimiterio calixti via apia. xv. kal. maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

De ſancto Mapalico ⁊ ſocijs martyribus. Cap. lviij.

Mapalicus martyr cū pluribꝯ alijs paſſus eſt apud aphricam ciuitatē tagaſteſi. De quo beatus cyprianus in epiſtola ad martyres ⁊ cōfeſſores multa laudabilia ſcripſit: et ꝙ martyrium ſuū prophetica voce predixit. Qui omnes martyrio coronati ſunt. xv. kal. maij.

De ſancto heleno habate. Cap. lix.

Helenus abbas cum in heremo habitaret ⁊ cū fratribꝯ cibaria deferret aggrauatus pondere onagros vidēs eis precepit: vt in xp̄i noīe vnus eorū eiꝯ ſarcinam portaret. Quod ⁊ factū eſt: vno ex illis ſarcinam ad locum conſtitutū cū māſuetudine deferente. Alio tp̄e inuenit fratres diem dn̄icum minus ſolenniter celebrantes: quia ſacerdotis cōmunione carebant. Et dum iret ꝓ ſacerdote crocodilū in flumine reptum aſcendit: ⁊ ſup ipſum flumen trāſiens ad cellā preſbyteri venit: quē ſecum adduxit: ⁊ flumen vt prius trāſiuit. Dūq̧ ſacerdos timore ſerpentis fugeret ſct̄us illum ſigno crucis diſſepſit: ſicq̧ de cetero p̄ſbyter ſecurus ad fratres acceſſit. Iuuenis helenū ad heremū ſecutꝯ grauiter de carnis vitio tentabatur. Ille vo digitum in arena circa cellam iuuenis duxit: ⁊ circulum fecit: ac demonibus ne ſignum illud pretergrederētur expreſſe mandauit: moxq̧ frater a tentatione exinde ſecurus permanſit. Dum aūt fratres vndiq̧ ad eum venirent: continue iuuenis incognitus eidē apparebat: ⁊ cibos ꝑaduenis deferebat: ac illico abibat. Dum ſemel cum quodā heretico diſputaret: ⁊ argumēta eius ferre nō poſſet ignem accendi fecit: vt quis eorum igne non vteret: fidem habere verā probaret. Quē helenus intrans dudum in flammis illeſus ꝑmanſit: ⁊ intactus exiuit. Hereticus vo intrare nolens confuſus abijt. Dormiuit in xp̄o vir ſanctus. xv. kalen. maij: hec heraclides.

De ſancto paulo abbate. Cap. lx.

Paulus abbas ī libya quingētos mōachos habuit quos monitis ſalutaribꝯ ⁊ exemplari vita in viā ſalutis direxit. Qui diebus ſingulis: nec cibum ſumebat: nec manibꝯ operabat: donec. ccc. oratiōes deo ſolueret genuflexo: quas numero lapidū ponebat: ⁊ ad ſingulas orationes lapides in ſinum remittebat: vt dicit heraclides: ⁊ ip̄e ī xp̄o pauſauit die quo ſupra videlz. xv. kalen. maij.

De ſanctis Eleutherio ep̄o ⁊ Antia martyribus. Cap. lxi.

Eleutheriꝯ ep̄s ⁊ antias mater eius paſſi ſunt rome ſub adriano imperatore: cuius pater nobilis ſenator: dū decederet: matri puerū cōmēdauit. Illa vo xp̄ianiſſima filiū ſacris litteris erudiēdū cuidā ep̄o tradidit. Qui iuuenē eruditū de oībus annoꝝ. xij. in diaconē ordinauit: deinde annoꝝ. xviij. ad ſacerdotiū ꝓmouit: deinde cū multis clareret ſignis annoꝝ. xx. ad petitionē multoꝝ ipſum in apulia ep̄m cōſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN